

## **Dñica scda post trinita.**

ponit **Innocen. papa .iij.** de vi. hu. condi. li. ij. c. ix. q. multos inqt seduxit cupiditas q. plures perdidit auaricia balaam a sella redarguit et pedem sedentis attriuit quia captus cupiditate. pmissorum disposuit maledicere israeli **Achar** populus lapidauit qui tulit aurum et argentum de anathemate hiericho. **Naboth** i teremptus est vt achab vineas obtineret. giesi lepra perfudit quia recepit argentum et vestes sb nomine helisei. iudas se suspedit q. christu tradidit. **Anania** et **zaphyraz** subitanea mors extinxit. q. de precio agri defraudauerat apostolum. hec ille. Si vis videre has historias vi de eas in locis suis. **Prima** de **Balaam** ponitur **Numeri. xxij.** **Secunda** **achar** ponit **Josue vij.** **Tertia** ponitur. **ij. Reg. xxi.** de **Jefabel.** **Quarta** de giesi. **habes. iij. Reg. v.** **Quinta** de iuda **Mat. xxvij.** **Sexta** d. **anania** ponit **Act.**  
**Y** **Tertius** qui excusando se dixit vxore duxisse. et ideo non possum venire luxuriosos designat qui excusant se ppter voluptatem carnalis delectationis. Per vxorem vo itelligit voluptas carnalis. non eni coniugati per coniugium excluduntur a cena licet aliquantulum retardantur. quia dr de sum. trini. et fide catho. firmiter. Non solum autem vgenes et ptinentes verum etiam piugati per fidem rectam et operationem bona placentes deo ad eterna mereantur beatitudinem puenire. **Idcirco** ille dr vxorem duxisse qui cum affectione tradidit se voluptati in qua viuere pponit. et tales ad cena celeste venire non pot nec debet nec est digno. **Primo** eni no pot. q. pedibus alligatus est p delectatione que dr mulier. **Acēs. vij.** Inueni mulierem morte amariorem que laqueus venatorum est. in cuius signu **Samson.** **Judic. xvi.** In sinu **Salile** et fortissime ligatus est funibus philiſtinoz. Sic qui in voluptate quiescit fortiter funibus peccatoz pstringitur vt dicere possit cu ps. **cxviij.** Funes peccatoz circumplexi sunt me. **Secundo** venire non debet. q. fetidus est. **Jobel. i.** Coputruerunt iumenta in stercore suo **Super** quo dicit **Breg.** Iumenta i stercore putrescere est hoies in stercore luxurie vitam finire. **Tertio** venire no est dignus. q. sordida veste indutus est. Si eni indignus fuit stare i nuptijs qui no habuit veste nuptiale. **Mat. xxij.** multo minus est dignus qui habet vestes vituperabile. hi sunt q. se excusant a cena celesti. et quia tot sunt ideo pauci veniunt. I. multi sunt vocati. **Ideo** legimus **Numeri. xxxj.** Quod d. sedecim milib. animabus hominum non cessarunt in partem domini nisi. **xxij.** anime **De-**  
**Z** stat nunc videre que sunt excusantium punitiones. et sunt tres. **Prima** est segregatio a con-

sortio beatorum. et hanc ponit dominus in fine euangelij dicens. **Vico** vobis q. nemo viro rum illorum qui vocati sunt gustabunt cenam meam. **Secunda** est subsannatio peccatorum quia in iudicio deus et angeli et homines et demones subsannabunt et deridebunt fatuos peccatores. quia diuinas vocationes neglexerunt **Iuxta** illud **Prover. i.** Vocauit et rennuisti etc. **Et infra.** Et ego quoq. i interitu vestro ridebo et subsannabo vos cuz vob. qd timebat euenerit. **Tertia** e cruciatio ppetua tormentorum. **Ma. vi.** Eligat illusiones eoz et q. timebat adducant eis q. vocauit et no erat q. ruderet. **Non** sic de bonis et iustis q. deum vocantem audiunt. Audiunt inquam per obedientiaz pceptorumq. obseruatiā. hi in cena ponent lucentes sicut stelle in ppetuas eternitates. **Baruch. iij.** Stelle vocate sunt et dixerunt. ecce assumus. et luxerunt ei in iocunditate q. fecit illas.

**Dñica secunda post festum sancte trinitati. Sermo. ij.**

**V** **uxorem duxi** et ideo non possum venire. **Luc. xiiij.** **Experientia** q. est rerum magistra sepe ostendit. q. mus quandoq. intrat promptuarium maciletus ibiq. inuenit lardu carnes vel caseum et huiusmodi comedit et impinguatur. cunq. dñs venit querens mure vult fugere per foramen artum per quod intrauit. sed pre pinguedine non potest exire. sicq. capitur et necatur. **Moraliter** per mures hic ad psens itelliguntur homines. quia sicut mus ab humo dicitur eo q. ex humore terre nascatur. **Nam** humus terra dicitur. **Sic** etia. ho ab humo est dictus. eo q. de limo terre est formatus **Sen. i.** **Ideo** dicitur de hominibus. **Acēs. iij.** De terra facta sunt et in terram pariter reuertentur. **Et** quia sunt de terra que est vilissimum et infimum elementum. ideo ridiculosum est q. querunt dominum terrenu. **Sic** ille de quo dr i hodierno euangelio. q. villaz domini mundani chare emit. ppe qd d. talib. dicit **Boe. li. ij.** d. pso phi. **psa. vj.** Que e ista expetibilis. i. valde desiderabilis vra ac pclara. i. nobil potetia. q. d. nulla. none aialia terena plderatis qb. psidere videamini. si enim inf. mures videres vnum aliquē ius sibi atq. ptatē p ceteri vedicatē. id e vsurpatē sup alios mures. **Quanto** moueretur chachinno. i. risu q. derisibile eet. et talis ptas terrena. s. derisibilis q. non extendit se nisi ad corp. **Quid** vo si tu corp. spectes hominis e imbecill. i. debili. hoie. q. d. nl. quos. s. hoies muscular. sepeq. morsus i secreta. id e. in interiora hominis queq. reptantium. i. serpentiu

necat introitus. In quo declarat qd homo est mure debilior. imo paruissimo mure qd musculus est diminutiuū a mure. Iste quidam homo ad instar muris macilentus et nudus intrat in pmpuarium huius mundi. Iuxta illud Job. i. Nudus ingressus sum in hūc mundū et nudus reuertar illuc. Qui alludit aplūs. j. Timo. vj. Nihil intulim⁹ in hūc mūdū haud .i. non dubium. quia nec auferre quid possumus. nam quo ad corpus nudi et macilenti in mūdū intram⁹ quod notum est. Similiter quo ad aīam. quia anima in pncipio sue creationis est tanqz tabula rasa in qua nihil est depictū. vt dicit plūs cū in hūc mūdum homo intrauerit inuenit carnē id est. carnalem voluptatez qua se tantum impingat atqz replet qd ad deum peruenire non potest. Ideo dicit Aristoteles de pomo et morte. Ne anime peccatrici que non habet posse redundi ad locum suum vnde intrauit qd turpia opera et delectationes corpis impediunt eius ascensum. Sicut patet de illo qui hic duxit vxorem carnalem voluptatē qui nō potuit venire ad cenam celestē vt patuit ex vbis suis vxorem duxi. et ideo nō possum venire. In qb⁹ duo facit pncipaliter. pmo gloriatur de carnali voluptate ibi. vxorem duxi. secundo sepatur a celesti hereditate ibi. nō possum venire. Cui nota qm̄ sufficit ad ppositū vxor ducit tribus modis. videlz actu fornicario. dānato ad ulterio. et licito m̄imonio aut coniugio. pmo ergo ducitur vxor in actu fornicario. cū videlicet solutus cum soluta carnaliter se cōiungit et hoc ptingit vel pficitur ex tribus causis vel circūstantijs. videlicet ex locali amenitate ex sociali cōitate. et ex dissoluta iocunditate. Primum patet Sap. ij. qd loci amenitas fuit qbusdam causa luxurie cum dicebant nullū pratum sit qd non ptranseat luxuria nra. q. d. nullus locus delectabilis sit et amenus in quo nō luxuriemur. vt amenitas pferat delectationez vt dicit Robertus hol. lec. xxj. Ideo dicit metrista. Si venerem vitare velis loca tempe vitata. Nam locus et tempus pabula pbent ei. Secundum patet qd si aliquis est socialis feminis et continuus d facili labitur in pctā fornicationis. sicut ponit exemplū beat⁹ Greg⁹. iij. dial. de Andrea fondane ciuitatis epō. qui l3 vitaz plenam vtutibus duceret seseqz sub sacerdotali custodia in arto cōtinentie custodiret. Sed quoniā sanctimonialē feminā pfusus de sua cōtinentia secum pmisit habitare antiqu⁹ hostis hūc ad amozē illicitum huius femine cepit instigare qui et nephanda cepit cogitare et nisi postea diuina misericordia fuisset p quendā iudeum pmonitus i pctm̄ nephādi libidinis cor

ruisset. et ideo nō solum illā sanctimonialē. sed et omnem feminam quam in obsequio eius habuit expellebat. Ideo beatus Gregorius ibidem dicit. Qui corpus suum continentie dedicant habitare cū mulieribus non presumant ne ruina tanto mente repentina surripiet quāto ad hoc quod male concupiscitur etiam presentia concupite forme famula. idem distinct. xxxj. c. Uolum⁹. dicit Simacho episcopo volumus vt sacerdotes prohiberi debeant ne cū mulieribus conuersentur. excepta dumtaxat matre vel sorore. propter quod etiam dicit pēta de muliere iniqua. prosequitur si tu sequeris fugiendo fugatur. Si cedis cedit. si fugis ipsa fugit. ergo fuge tactum. ne res procedat in actum. Tertium patet iudith. xij. de holoferne qui cum esset in dissoluta iocunditate et bibisset vinum multum nimis. captus amore Judith iussit eam ad se in cubiculum introduci. Et patet qd ex illis tribus integratur fornicatio. Sed hic incidit et oritur vna dubitatio vtrum fornicatio sit peccatum mortale. Ad hanc dubitationem simpliciter dicitur qd sic. quia apostolus eam numerat iuter mortalia. ad Gal. v. Manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio scilicet solutus cum soluta immundicia. scilicet quātūz ad vitium contra naturam. impudicia quātūz ad exteriorē in honestatem in aspectu et tactu et luxuria etc. Et sequitur. qui talia agunt regnum dei possidere non possunt. et beatus Augustinus dist. xxv. §. Alias fornicationē numerat inter mortalia cum dicit. Sacrilegium. homicidium. pcurium. adulterium. et fornicatio. Et subdit. Si quis de illis peccatis in se dominari permiserit igne non purgatorij. sed eterna illum flamma cruciabit. Sed glo. hoc intelligit. Si hic de eis non contritus et cōfessus fuerit. Si hic autem de illis cepit penitere et non perficit penitentiam. hic perficiet eam in purgatorio. ideo fornicationem esse illicitam. probat apostolus. j. Cor. vj. quattuor rationibus. Prima ratio ē ista. fornicatio impedit ne corpus fornicationis suscitetur in forma gloriosa vt conformetur corpori claritatē christi. ergo non est licita. propter quod dicit alibi. Qui seminat in carne de carne et metet corruptionem. et sic non habebit glorificationē et incorruptionez. ad Gal. vlf. Secunda ratio est alia peccata inficiunt solam animam. quia non pficiuntur scilicet delectatione carnis sicut auaricia inuidia odium et huiusmodi. Fornicatio non solum animam. sed et corpus coinquinat quia perficitur delectatiōe corporali in tantū vt intellect⁹ absorbetur et homo equ⁹ et malus

## Dñica scda post trinita.

efficitur. Gula enim lz perficitur in delectatio-  
ne corpis. illa tñ delectatio nō est ita vehemēs  
q̄ absorbeat intellectū. Potest tñ dici cuz apls  
dicat. Omne pctm̄ est extra corpus p̄ter forni-  
cationē. q̄ i fornicatione itelligitur gula eo q̄  
gula luxurie p̄parat materiā. Tertia ratio est  
q̄ sicut p̄ baptismū qlibet fit membz xpi my-  
sticum. Sic per fornicationē qlibet fit meretri-  
cis membz. igit̄ non est licita. sed horrēda. p̄-  
batur enī Gen. ii. Erūt inq̄t duo in carne vna  
q̄d dicitur de acta m̄rimoniali. Et sile ē d̄ actu  
fornicatorio sed nō in toto. Quarta ratio sicut  
per grām baptismalē qlibet fidelis fit templū  
spūs sancti. Sic p̄ fornicationē fit tēplū diabo-  
li. igitur summe est cauendū z magis q̄ alia vi-  
tia. Nam in alijs vitijs quāto plus descēdit hō  
ad cogitādum pticulares cogitationes. tanto  
plus inuenit vnde peccatuz sibi displiceat z se  
ab illo retrahat. i fornicatiōe vō quāto pl⁹ de-  
scendit ad cogitandū pticulares condiciones  
et cogitationes in oculis et tactibus et silibus  
tanto plus inualescit temptatio propter quod  
hoc peccatum vincitur occisiones vitando et  
cogitationes fugiēdo. Ileo dicit apls. i. Cor. i.  
vj. Fugite fornicationē. Et idē apls ad Eph.  
v. Quī dixisset omnis fornicator aut immū-  
dus aut auarus quod ē idolorū seruitus nō habet  
hereditatem xpi et dei. Statim subiungit. Ne-  
mo vos seducat inanibus v̄bis dīc̄ glo. dicēs  
fornicationē aut immundiciā z c. esse natura-  
lia et p̄sequenter non puniēda. Nam hoc qui-  
dam dicebāt Beguthardi z begine scz q̄ muli-  
eris oculum cum ad hoc non inclinetur natu-  
ra est mortale peccatum. Actus aut̄ carnalis  
cum ad hūc natura inclinetur peccatuz nō est  
maxime cum tēptatur exercens. Quoz error  
reprobatur in clemen. de heret. ad nostrū. Sz  
contra iam dicta instaret aliq̄s. videtur q̄ for-  
nicatio nō sit peccatum mortale. q̄ nullū pec-  
catum cadit sub diuino p̄cepto. Sed Osee p̄-  
phete p̄ceptum fuit. c. j. Uade sume tibi vxorē  
fornicariā et fac tibi filios fornicationū. Et  
beatus Ambro. super illo v̄bo. j. ad Timo. iij.  
Exerce te ad pietatē omnis summa discipline  
xpiane in misericordia et pietate est quā si ali-  
quis sequēs lubricum carnis patiat̄ sine du-  
bio vapulabit. sz nō peribit. Ecce dicit nō peri-  
bit. ergo mortale non est. q̄ nō nisi per pecca-  
tum mortale homo peribit. Ad p̄mū de Ozea  
dicit Robertus. Hol. lec. xxj. q̄ dispositio dei  
p̄cipiētis fecit q̄ nō esset peccatuz q̄d alias  
peccatū fuisset. Sicut de homicidio q̄d Abra-  
am voluit in filio cōmisisse. Gen. xxij. Alij au-  
tem dicunt q̄ dominus p̄cipiēdo fecit suam  
que p̄us non erat sua. Ad secundum dicendū

q̄ Ambrosius non negat q̄ fornicatio sit pec-  
catum mortale. Sed vult q̄ pietas iuuat ho-  
minem vt liberetur a pena eterna. Si tamē de-  
sistat z peniteat. Item potest esse dubium vtrū  
i fornicatiōe ceteris parib⁹ plus peccat vir vl  
mulier. dicit sanctus Tho. in li. iij. di. xxxv. q.  
v. ar. iij. q. vir. Et ratio est q̄ plus d̄ bono ha-  
bet rationis. licet mulier habeat plus de mate-  
ria temptationis quia magis est fragilis. Sed  
contra ista videtur esse beatus Aug⁹ de adul-  
terio coniugatorū. et ponitur. xxij. q. vij. c. in  
dignantur. Indignantur inquit mariti si audi-  
unt adulteros viros p̄dere similes adulteris  
feminis pena cuz tāto graui⁹ eos punire opor-  
tuerit quanto magis ad eos pertinet et v̄tute  
vincere z exēplo regere feminas. Ad istud di-  
cit Robertus. Holkot lec. xl. q̄ licz vir q̄tum  
ad vnam circūstantiam grauius peccat puta  
q̄tum ad hoc q̄ magis tenetur rigere ratiōe z  
v̄tute compēsando. tñ fm̄ oēs circūstantias  
mulier magis peccat. beatus Aug⁹ nō loquit̄  
in dicta auctoritate nisi de sola circūstan-  
tia et virtute rationis que in viro debet pre-  
eminere. hāc tamen viam videlicet q̄ vir plus  
peccat. tenet Petrus de tarento. dif. xxxij. q.  
iiij. Peccat tamen plus mulier contra bonum  
matrimonij. Secundo ducitur vxor in damna-  
to adulterio. et hoc tripliciter. primo cum legi-  
tima peccat cum soluto. secundo cum legitimo  
peccat cuz legitima. tertio si legitimus peccat  
cum legitima. p̄mum graue. secundū grauius  
tertium grauissimū. Circa hoc queritur. vtrū  
in actu adulterij peccat plus vir q̄ vxor. et vi-  
detur q̄ non plus peccat. quia ad penam ad-  
ulterij diuortium vtrorumq̄ celebratur. ergo  
a pari ratiōe cū pena adequari debent i pecca-  
to z videtur q̄ equaliter vterq̄ peccet. antece-  
dens patet in canone. xxij. q. v. p̄cepit. vbi  
dicitur. Apud nos q̄d nō lz feminis eque non  
licet viris. et eadem seruitus pari conditione  
censeatur. et p̄mo. papa. xxxij. q. v. xpiana. z  
allegatur magister in. iiij. di. xxxv. c. j. xpiana  
religio adulteriū in vtroq̄ sexu pari ratiōe cō-  
demnat. ergo pari peccato peccant. Ad questi-  
onem dicendū q̄ ceteris paribus plus peccat  
vxor simpliciter. q̄ vt dicit sanct⁹ Tho. in. iij.  
di. xxxij. ar. iij. Ipsa addit super malum fides  
malum. plis. quia ex peccato vxoris causatur  
incertitudo prolis. Sed aliter dicendū est in  
fornicatione simplici ceteris paribus pl⁹ pec-  
cat vir. tum quia habet plus d̄ bono rationis  
tum quia mulier plns habet de humido incli-  
nante ad hoc et magis per consequens excusa-  
bilis. Sed in matrimonio additur hoc ad pec-  
catū vxoris quod est malum prolis. Sz q̄tum

ad bonum fidei qua vterq; alteri equaliter incli-  
natur vterq; equaliter peccat. Insuper est no-  
tandum q<sup>d</sup> quantum ad bonum fidei qua vterq;  
alteri obligatur equaliter peccant. quia equali-  
ter obligant. Sed vterius quantum ad bonu<sup>m</sup> p-  
lis plus peccat mulier. quia causat incertitudi-  
nem prolis. vnde simpliciter loquendo pl<sup>us</sup> pec-  
cat vxor adultera q<sup>m</sup> vir adulter. Ad argumen-  
tum in oppositum pcedendu<sup>m</sup> est q<sup>d</sup> ad paria di-  
cantur in causa diuortij. quia illud ppter quod  
faciendum est diuortiu<sup>m</sup> est fractio fidei. et quatu<sup>m</sup>  
ad hoc equaliter peccant in actu adulterij non  
tamen simpliciter. equaliter. vnde dicendum q<sup>d</sup>  
ad equalem penam iudicant. sed non ex equali-  
bus causis. Sicut duo fures quorum vnus in  
duplo peior est alio ad equalem penam iudican-  
tur. Non sequitur q<sup>d</sup> equaliter peccent. quia mu-  
lier peccat contra bonum fidei et bonum p-  
lis. vir autem solum contra fidei bonum. ideo causa di-  
uortij in muliere est maior causa licet in vtroq;  
causa sit sufficiens. **Ex his duobus modis du-  
cens vxorem non potest venire ad cenam cele-  
stem.** Tercio ducitur vxor in licito coniugio et q<sup>d</sup>  
sic vxorem duxerit ad beatitudinem celestis ce-  
ne puenire poterit. vt patuit supra f. xxxvj. **¶**  
Est tamen circa hoc notandum vt vir ad cenam  
agni perueniat circa vxorem ducendam quat-  
tuor ista nota. q<sup>u</sup>liter sit eligenda. qualiter corri-  
genda. qualiter dirigenda. et qualiter diligenda.  
Est eni vxor eligenda discrete. corrigenda secre-  
te. dirigenda mansuete. et diligenda complete.  
vt sit electio per discretam deliberationem. Di-  
rectio per mansuetam gubernationem. Corre-  
ctio per secretam inforimationem. et dilectio p-  
completam communicationem. Primo ergo e eli-  
genda vxor discrete. non subito nec precipitater  
capienda. quia talis feruor in principio facit pe-  
nam in futuro. **¶ Ex emplu<sup>m</sup> habem<sup>us</sup> Gen. xxxiij.**  
**de Sichem filio Amoz qui ad primum aspectu<sup>m</sup>**  
**Dyne filie Jacob rapuit eam et mori voluit nisi**  
**eam ducere posset et fecit in tanto feruore q<sup>d</sup> pro**  
**eius amore se et populum suum totum circumci-**  
**di permisit. et ob eius facti precipitationem iter**  
**fectus est cu<sup>m</sup> populo suo per fratres Dyne.** No<sup>n</sup>  
ergo inducendo vel eligendo vxorem habeatur  
totaliter respectus ad formam vel speciem mu-  
lieris. Quia vt dicit Boetius li. iij. de conso. pfa  
viij. forme vero nitor vt rapidus. id est. valde  
transitorius est vt velox est et vernalium floru<sup>m</sup>  
mutabilitate fugatior. **¶ Et dicit Gen. si landas**  
**pulchritudinem expecta modicum et nihil erit.**  
**¶ Et dicit Sapientia. Propter mulierum speciem**  
**multi perierunt. Eccl. ix. Alij gladijs. alij suspē**  
**dij. alijq; veneficijs. idcirco non est forma vel**  
**species principaliter in muliere consideranda**

vel respicienda nec debet haberi respectus ad  
diuitias. Quia dicit Augustinus de verbis do-  
mini. sermone. xlix. Si vxor amat maritu<sup>m</sup> quia  
diues est non est casta. non enim amat maritu<sup>m</sup>  
sed aurum mariti. id est. de viro. Sed ad mores  
debet habere precipue respectum. Nam in tan-  
tum est gratiosum negociu<sup>m</sup> bene nubere. q<sup>d</sup> teste  
Salomone. donu<sup>m</sup> dei proprie reputatur. **Pro**  
**uerb. xix. Dom<sup>us</sup> et diuitie dant<sup>ur</sup> a parentibus. a**  
**domino autem vxor prudens.** Distinguit autez  
Aristo. viij. ethi. c. iij. Tres species amicitie vi-  
delicet propter bonum vtile. propter delectabi-  
le. et propter honestum. id est. ppter bonos mo-  
res. et ista est perfecta amicitia et quicquid boni  
est in duabus primis speciebus totum est i vna  
ista. vnde ista est sola amicitia mansura. non au-  
tem amicitia propter vtile que est proprie senu<sup>m</sup>  
et mercatorum. et talium amicitia transiit benefi-  
cio vtilitatis cessante. Amicitia autez. ppter de-  
lectabile que est proprie iuuenum vt cessabit ve-  
lociter delectatione transeunte. **¶ Et ideo dicit Ari-**  
**sto. q<sup>d</sup> amicitie iuuenum sunt defacili permuta-**  
**biles. ppter duo. pmo ppter etatem varia<sup>m</sup> de-**  
**lectatio. Non eni delectatio placet adolescenti**  
**que placet puero. scdo quia incipiunt amare no<sup>n</sup>**  
**ex pfecto iudicio rationis. sed ex passione. pas-**  
**sio autem cito transiit. et ideo velociter amant et**  
**velociter ab amore cessant.** Sed tertia amicitia  
que est ppter bonum honestum habet istas con-  
ditiones. quia est masura et rata quia fundatur  
super bonos mores. qui virtuosus semper ma-  
nent. Rara autem est. quia pauci sunt virtuosus.  
Et indiget hec amicitia longo tempe et couictu  
et expientia moru<sup>m</sup>. **¶ Tunc dicit ibidem Aristo. Non**  
**scire est ad inuicem dilectionem vera<sup>m</sup> donec mo-**  
**dus salis comedatur et consumetur.** Euz ergo  
viri et vxoris debeat esse amicitia maxima non  
poterit fundari supra pulchritudinem corpalez  
quia illa transiit. **¶ Proverb. xxxi. Fallax gra<sup>m</sup> et**  
**vana est pulchritudo. Nec poterit fundari sup**  
**diuitias. quia illa amicitia est. ppter vtile et ami-**  
**citia per accidens. quia bona diliguntur non**  
**persona.** Unde Hieronymus contra Iouianuz  
li. j. **¶ Darchia inquit Cathonis filia minor cum**  
**quereretur ab ea. cur post amissum maritu<sup>m</sup> non**  
**nuberet. respondit se non inuenire virum qui se**  
**magis vellet q<sup>m</sup> sua. quo dicto inquit Hierony-**  
**mus. eleganter ostendit diuitias magis eligi so-**  
**lere q<sup>m</sup> pudicitiam. hec ille.** Arte modernis te-  
poribus nec pudicitia nec honestas moru<sup>m</sup> mo-  
uet ad nuptias. Sed tantum diuitie et libido. et  
ideo no<sup>n</sup> perseverat amicitia nec puenit plis ap-  
ta vt frequenter inter coiuges. **¶ Tunc Iherys. sup**  
**Matth. omel. j. Exponēs illud. Salomon aut**  
**genuit Boos de raab. Qui inquit fm imperiu<sup>m</sup>**  
**ss**

## Dñica scda post trini.

dei accepit uxorem a deo. p̄uam. in virtute generat filios et in seip̄os v̄tutē habētes. **Boos** enim robur interpretatur. Qui aut accipiūt uxores ex p̄uisione diaboli in infirmitate generant filios nec valentes nec fortes nisi in malo vt ad penam sue irregularitatis non ad gaudiū et cōsolationem videantur filios genuisse. Et infra **Boos** genuit **Obeth** ex **ruth** qui interpretat subditus. Nunc autem qui diuitias eligunt et non mores pulchritudinem et non fidem. Et quid in meretrice solet queri hec in coniugijs optant. propterea non generant filios subditos vel sibi vel deo. Sed contumaces contra se et cōtra deum vt filij eorum non sint fructus iuste commixtionis eorum. sed pena condigna irregularitatis eorum. hec **Abysf.** Exemplum habem⁹ ex p̄esse **Tob. vi.** vbi legitur q̄ **zara** filia **Bague** lis septem viris tradita fuit quos singulos prima nocte demon asinodens nomine suffocauit manente virgine intacta. Et ideo cuz **Raphael** suggeret iuniori **tobie** dixit ita. Audi me et ostēdaz tibi qui sunt quibus p̄ualere pōt demon. hi nāq̄ qui coniugium ita suscipiunt vt deū a se et a sua mente excludant et sue libidini ita vacēt. Sicut equus et mulus in quibus non est intellect⁹ habet potestatem super eos demon. Talesq̄ bene possunt dicere verbū allegatū. uxorem duxi. scz ppter libidinem vacandam. et ideo non possunt venire quia multi propter uxores a regno dei excludunt. Et subdit angelus. Tu aut cum receperis eam ingressus cubiculum per tres noctes continens esto ab ea et nihil aliud nisi orationibus vacabis cū ea. transacta aut tertia nocte accipies virginem cum timore dei et magis amore filiorum q̄ libidinis ductus. vt in semine **Abrae** in filiis benedictionem consequēdis. Et notādum q̄ fuit prima occasio quare filij **Ieth** recesserunt a deo. et quare diuuium inuēdant. **Señ. vi.** Cum cepissent homines multiplicari super terram et filios p̄creassent videntes filij dei id est **Ieth** filias hominum q̄ essent pulchre ac ceperūt sibi uxores ex omnibus quas elegerāt. Sic ergo primo volēti uxorem ducere debet eā diligere discrete. Exemplū quō **Abraam** adiuuauit **Eleazar** seruū suū q̄ nō acciperet uxorem filio suo **Isaac** de filiabus **chanaan.** **Señ. xxiiij.** Et **Jacob** cuz matura deliberatione sibi de vxorib⁹ p̄uidit seruicēs p̄ cis. xl. annis. **Señ. xxxix.** Incidentaliter hic incidit vna dubitatio seu questio. Ex quo dictū ē q̄ **Jacob** p̄uidit sibi de vxorib⁹. vtrū licitū fuit aliqñ habere plures uxores? dicūt doctores q̄ nunq̄ licitū fuit vni viro plures uxores habere absq̄ diuina dispensatione. qz inducta fuit hōi a p̄meua institutio: ne singularitas. ita q̄ vnus vir esset cōiugio co

pulatus vxori vni. **Señ. ij.** Adhērebit vxori sue et nō dicit vxoribus. Sed q̄ **Abraam** et **Jacob** plures habuerūt uxores fuit propter multiplicationem cult⁹ diuini qui fm doctores fuit causa desponsandi. fm q̄ dicit **Aug⁹.** super **Señ. ij.** Obijciuntur **Jacob** quattuor uxores quod qñ mos erat crimen non erat. Idem in li. de virgi. dicit. Antiquis iustis non fuit peccatū q̄ pluribus feminis vtebāt neq̄ cōtra naturā hoc faciebant cū nō lasciuādi causa sz gignēdi hoc faciebant. et si q̄s obijceret de **Lamech** **Señ. iij.** q̄ prius habuit duas uxores et fm glo. prius contra morem et naturā adulterium introduxit. Et si ille fuit adulter quare nō et alij q̄ plures uxores habuerunt? Ad hoc dicūt doctores. q̄ **Lamech** auctoritate p̄pria sine diuina dispensatiōe plures uxores habuit. et ppter hoc dicit adulterium introduxisse. quia de iure diuino debuit p̄ me vxori fidē seruasse. Sz alijs patrib⁹ licitū fuit habere plures uxores ex diuina dispensatiōe propter generationis officium. Secundo vxor corrigenda est secrete non cum confusione vel verecundia publice arguenda. Unde **Varro** in quadam comēdia. vitium coniugis aut est tollēdum aut ferendū. qui tollit vitium commodiorē coniugem efficit. qui fert seipsum efficit meliorem. et ideo multum arguenda fuit seuera austeritas trium viroꝝ. de quibus narrat **Valerius** li. vj. c. iij. quozum vnus vocabatur **Sulpi** tius gallus. hic publice uxorem repudiāuit qz in publicum prodierat discooperto capite. Secundus vocabatur **Serinus** sophna. alias **Se** uus. hic similiter uxorem suam repudiāuit quia ausa est ludo expectare ipso ignorante. Tertio dicebatur **Metellius** hic uxorem eo q̄ vinū bibisset fuste percussit et intravit non sic sanctus **Iob** licet uxorem pessimā habuerit sic arguebat. Sed secrete et modeste. Nam cū diceret ad ipsum benedic. id est. maledic deo et morere. ait quasi vna de stultis mulieribus locuta es **Iob. ij.** Nec dixit q̄ fuit stulta. sz q̄ quasi vna de stultis loquebatur. Tertio dirigenda est mansuete non tamen tyrannide cum verborum austeritate non cum cordis amaritudine. Quia dicit apostolus ad **Col. iij.** Viri diligite uxores vestras. et nolite amari eē ad illas. ideo formata fuit mulier non de capite nec de pede. sed de costa et assumpta de latere. in signum q̄ nec debet eē domina nec ancilla sed socia viro. Sicut notat magister li. ij. sententiarum dist. xvij. c. ij. Et sunt verba **Hugonis** li. j. parte. vj. c. xxxv. Cum facta sit mulier de viro non de qualibet parte corporis viri. sed de eius latere formata est vt ostēderetur. quia in consortium creabatur dilectionis. ne forte si fuisset de capite viri facta viro ad

dominationem videretur preferenda aut si de pedibus ad seruitutem subiicienda. Quia ergo viro nec domina nec ancilla parabatur sed socia nec de capite nec de pedibus sed de latere fuit facienda ut iuxta se ponendam agnosceret quā de suo latere sumptas didicisset. hec hugo cum magistro. Sed quod dicit quod viro parabatur socia hoc verum est ante peccatum. Sed post peccatum dictum fuit mulieri. Sub viri potestate eris et ipse dominabitur tui. Sen. iij. Ut iam vir sit mulieris dominus qui ante peccatum fuit ei socius. debet tamen ut dictum est vir eam mansuere regere et concorditer. quia tale regimen cum concordia placet deo. Iuxta illud Eccl. xxi. In tribus beneplacitum est spiritui meo que sunt probata coram deo et enumerat ea concordia fratrum. amor. proximitas. vir et mulier sibi bene sentientes. Quarta vero vxor diligenda est complete. Nam completio nem charitatis et amicitie que debet esse inter virum et vxorem apostolus mensurat tripliciter. Primo modo per dilectionem christi ad ecclesiam quā fuit maria. Alio modo per dilectionem viri ad corpus proprium. Tercio modo per dilectionem ad seipsum. De primo ad ephe. v. Viri diligite vxores sicut christus dilexit ecclesiam et tradidit seipsum pro ea. De secundo. Viri debent diligere vxores sicut corpus proprium. De tertio. Unusquisque diligat vxorem suam sicut seipsum. Ita dilexit vxorem suā quidam romanus ut potius mori vellet quam eam mori permetteret. De quo refert Valerius li. iij. c. v. dicens. Gratus romanus duos apprehendit angues scilicet masculum et feminā. certificatus fuit per aurspicem quod dimisso masculo vxor sua celeriter moreretur. dimissa vero femina ipsemet moreretur. ille statim feminā dimitti iussit. sustinuitque ibi in conspectu serpentis seipsum interitu serpentis occidi. Et merito sunt vxores diligende propter tria. quia sunt grate in conuiuendo condolendo et commoriendo. Grate in conuiuendo. sicut refert Valerius ubi supra. de regina vxore Petriadis quā intus effusus charitatis habens virum amauit quod tonsis capilli habitu virili assumpto equis et armis se assuefecit ut virum fugientem continue per terras extraneas sequeretur. Sunt secundo grate et pie in condolendo sicut ibidem narrat Valerius quod cum lacedonijs a sportanis essent capti et ad decollandum in carcere reueruati coniuges eorum allocuturi viros perterritos intrauerunt carceres impetrato a custodibus aditu commutataque veste per simulationem dolorum. velatis capitibus eos abire passi sunt et ita ipsi liberabantur et ipse saluabatur. Tercio sunt grate in commoriendo. Narra Hiero. contra Iovinianum li. i. Indi nec non penes omnes barbari vxores plurimas habent. apud

Indos lex est ut vxor charissima cum marito defuncto cremetur. nam iuxta cadauer vxor accubabat amplectans illud et deosculans et suppositos ignes pudicitie laudem contemnens. Idcirco unusquisque vxorem suam discrete eligat. mansuete regat. secrete corrigat. et complete diligat ut cum ea penas eternas euadat et cenam celestis beatitudinis feliciter apprehendat.

**De eadem. Sermo tertius.**

**H**omo quidam fecit cenam magnā et vocauit multos et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis ut veniret quia parata sunt omnia. Luc. xxi. Consuetudo est dominorum magnorum mundi et principum et regum interdum suis subditis facere conuiuium ut eos faciant beniuolos ad seruendum sibi. Sicut legitur figura Sen. xl. de Pharaone rege egypti quod in die natiuitatis sue fecit conuiuium pueris suis. id est seruis suis. et hoc est quod dicit textus biblie. Exin de dies tertius natalicius Pharaonis erat qui fecit grande conuiuium pueris suis. sicut etiam legitur Mar. vi. de Herode antipa. qui etiam talem consuetudinem seruauit quia de ipso dicitur. Quoniam dies oportunus accidisset Herodes in tali suo cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee. Sed notabile est valde quod in conuiuio Pharaonis occiditur pistor. et in cena Herodis Iohannes baptista. quia dicitur Sen. xl. in fine. quod in tali conuiuio Pharao recordatus pincerne et pistoris unum restituit in locum suum pristinum scilicet pincernam ut ei poculum ministraret. Alterum vero in patibulo ut coelectoris scilicet Ioseph veritas probaretur. de herode dicit Mar. vi. ubi supra quod misso spiculatore precepit amputare caput eius et ferre in disco. Moraliter per hos duos reges diabolus significatur ratione interpretationis. Nam Pharao interpretatur nudauit virum et significat antiquum serpentem qui Adam virum in statu innocentie nudauit et spoliavit virtutibus sibi a deo datis. ut dicit beatus Augustinus et allegatur a magistro li. ij. sententiarum. dist. xxix. cap. ij. Princeps vitiorum cum vicit Adam de limo terre formatum ad imaginem dei factum pudicitia armatum. temperantia compositum. charitate splendidum primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliavit pariterque peremit. Sed herodes interpretatur pellibus gloriatus et significat iterum malignum spiritum qui gloriatur in pellibus. id est. reprobis et damnatis qui significantur per pelles Abachuc. iij. Turbabitur